

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1**

**[Straßburg?], [um 1720]**

Caput primum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)



GRAMMATICÆ TURCICÆ  
PARS SEXTA  
DE SYNTAXI.

**M**ULTA jam ad Syntaxim pertinentia tradita sunt passim in Erymologia, ut de constructione duorum Substantivorum in oratione continuatorum, de usu temporum Verbi, de casu præpositionum: item Adjectivum indeclinatum debere præponi suo Substantivo, Verbum debere esse in fine, &c.

Multi tamen supersunt adhuc exponenda de ordine & modo constructionis, præsertim verò Arabicorum & Persicorum in Turcica locutione adhibitorum; hæc enim non sequuntur semper illas regulas antedictas, ut mox explicabitur, percurrendo omnia, quæ veniunt in usum.

## CAPUT PRIMUM

## De modo alloquendi aliquem.

**A**NTE omnia sciendum est, quòd in familiari maxime sermone soleant Turcæ (immò Arabes & Persæ) se invicem alloqui per secundam personam singularem, سن *sen*, tu, abique illis titulis, quibus nos tam insolenter utimur, v. g. *Vestra Dominatio, Illustritas, Magnificencia, Celsitudo, Serenitas, Majestas, &c.* Potest enim quisque vel ipsum Imperatorem Turcarum per *tu* compellere.

Attamen usus jam, ne dicam, abusus, obtinuit apud illos quoque, ut sæpe ad majores se loquantur per secundam personam pluralem *سىز* *syz*, vos, ut *ایولر و خوشتر میسر* *ejüler ve hoştermişiz*, pro *ایوحو خوشتر میسن* *ejü hoştermişyn*, vale sine bene? pro *واستینه* *vaestine* bene? Sic *بیور* *bijürün-*, pro *بیور* *bijür*, imperate, pro *ایمپرا* *impera*. *Commandate, compiacete vi*, ò *سی* *compiaccia V.S.* *واردکن* *wardün-üz*, quòd ivistis, ubi fuistis? pro *واردک* *wardün-*, ivisti, fuisti? *لطف ایکن* *lutf ejlen-*, facite gratiam, quæso, pro *لطف ایله* *lutf ejle*, fac gratiam. Non tamen hoc fit necessariò, ut apud nos, sed ad libitum, & vix apud Doctos & inter Atulicos.

Habent nihilominus etiam aliquas tertias personas titulares universales, v. g. *جنابکن* *genâbün-üz*, q. *Vestra Dominatio, Celsitudo, Majestas, &c.* (in rigore pars vestra, *latus vestrum*) quo quidem titulo nonnunquam utuntur etiam in colloquiis ad Majores, aut ad eos, quos honorare volunt, ac persæpe in Literis; Item *حضرتک* *hezretün-*, vel *حضرتکن* *hezretün-üz*, *Idem*, Dominatio, celsitudo, sanctitas vestra (proprie præsentia, conspectus vester) Hoc tamen non nisi à simplicioribus Turcis, aut à Christianis vel Judæis adhiberi audivi. At in scriptione, immò & locutione hic titulus in plurali *حضرتکلی* *hezretleri* addi solet nomini Dei, Principis viri, quem nominamus, v. g. *الله حضرتکلی* *allah hezretleri* (& rarius *حضرتکی* *hezreti*) q. *Deus ejus Majestas, quod nos diceremus Dominus Deus.* Sic *پادشاه حضرتکلی* *pâdisâh hezretleri*, q. *Rex, Imperator, Sua Majestas, quod diceremus Serenissimus Rex.* Pari modo *پاشا حضرتکلی* *pâsâ hezretleri*, *بک حضرتکلی* *beg hezretleri*, Celsissimus Princeps, *Balsâ, &c.* quasi diceret ipsius Celsitudo, Dominatio, Illustritas, &c. aut quasi diceret Germanicè, v. g. *Der Keyser/ihre Majestätt* / pro *ihre Keyserliche Majestätt* / quod Poloni planè habent, dicunt enim *Krol Jego Mośc* / *Rex ejus Majestas, pro Sua Regia Majestas*, adeoque hoc illis captu facilius erit, quàm Nostratibus.

Et hîc statim notes velim, pluralem numerum adhiberi loco singularis tanquam nobiliorem ad honorandos eos, de quibus fit sermo; unde si de eximio aliquo viro fuerit sermo, in relatione plerumque adhibetur numerus pluralis, e. g. si locutus fueris de Re-

T

ge,



ge, Principe, &c. dices repetendo انلر بوجون قالقديلر *anlar bu gün kalktyler*, hodie discesserunt, pro او قالقدى *o kalkty*, ipse discessit, uti in superioribus exemplis حضرتلري *hazretleri*, eorum Majestates, pro ejus Majestas.

Sic in prima persona, sæpe loquuntur etiam Infimi per pluralem numerum, dicendo nos, pro ego, بى *biz*, pro بن *ben*, sapius quam سى *syz*, vos, pro سن *sen*, tu, aut انلر *anler*, ipsi, pro اول *ol*, vel او *o*, ipse. Contra verò Imperator illorum rarius Plurali utitur, sed loquitur in Singulari etiam in publicis Literis & Diplomatis Capitulationum, ubi dicit بن *ben ki*, &c. ego, qui, &c. ubi nostri Principes dicerent, Nos, qui, &c.

Tu verò, quando alloqueris parem, minorem, aut paulò majorem te, dicas liberè سن *sen*, tu; superiorem verò si alloquaris, rectè dices سى *syz*, vos, continuando sermone in plurali numero, & parcius utere جنابكز *genâbün-üz*, Dominatio vestra, &c.

Si verò de te ipso loquaris, ad libitum dic vel بن *ben*, ego, vel بى *biz*, nos, aut, si vis civilius & quasi Aulicè ac doctè loqui, dic بندهك *benden-*, vel بندهكز *benden-üz*, دوستكز *kutün-üz*, vester servus, h. e. ego, qui sum vester servus, vel similia adhibe دوستكز *dostün-üz*, خیر خواهكز *chairchâbün-üz*, دعاچيكز *du-âgin-üz*, amicus, benevolus vester, aut, ut in Literis frequentissimum est, præfixo بو *bu*, بو دوستكز *bu dostün-üz*, بو بندهكز *benden-üz*, hic amicus, servus vester, h. e. ego. Et certè hi loquendi modi frequentissimi sunt apud Turcas civiliores, unde etiam dicunt بنده خانه *bende châne*, pro بنم خاندم *benüm chänem*, mea domus, vel habitatio, q. servi domus. *La casa del vostro servitore*. Religiosi autem & pietatem præ se ferentes sæpe dicunt بو فقير *bu fakyr*, hic pauper, pro ego, & اكسكلو *eksiklü*, defectuosus, pariter pro بن *ben*, ego. In continuatione autem colloquii ad Superiores, repete sæpius سلطانم *sultânüm* (aut Synonyma) quasi dicas, mi Princeps, mi Domine, uti dicunt Galli, Monsieur, Mon maistre, &c.

Utuntur porrò aliquando ad Supremos, Principes, Reges, tertiâ personâ ad modum Germanorum in der Herr / v. g. سلطانمه معلومدر *sultânüme me-lümdür*. Notum est Dominationi vestræ. Es ist meinem Herren wol bewußt. Sic پادشاهم صاغ اولسون *pâdisâhüm sagb olsün*. Sit Majestas vestra sana, quasi Rex meus sit sanus, vivat. پاشام صاغ اولسون *pâshâm sagb olsün*. Sit meus Balsâ sanus, &c. & hæc ferè omnia valent etiam in Arabicis & Persicis.

Quibus præmissis agamus de ordine constructionis.

## CAPUT SECUNDUM

### De ordine constructionis.

**H** Ungari in constructione multa habent communia cum Turcis; Germani etiam multa, v. g. Verbum debet esse semper regulariter in fine, ut apud Germanos plerumque, ita ut aliquando periodus protrahatur ad integram paginam & ultra, nec inveniatur nisi in fine Verbum personale, à quo cætera antecedentia dependent, ut sunt Gerundia in وب *üp*, بچك *igek*, مكين *megin*, & expressa per præpositiones, ut مكه *megile*, دكدن صكره *dükten son-ra*, دوکی اجلدن *dügi egilden*, & similia.

In familiari tamen sermone, & pec. in verlu, accidit interdum, ut postponamus casum verbi, præsertim determinatum, ut اولدم اصلجعى *urdum asylâgiaghy*, percussi eum nequam, وير بگا *wir ban-a*, da mihi. وارال كتور اول كتابي *wur al getür ol kitâbi*, vade, accipe & adfer illum librum; quanquam & regulariter possit dici, immò fortassè meliùs dicatur وار اول كتابي كتور *war ol kitâbi getür*. Item quemadmodum apud Germanos præponitur Genitivus Substantivi alteri Substantivo, à quo regitur, sic & apud Turcas, immò illi aliquando, ut Turcæ semper, addunt possessivum seim / ut desß Herren sein Diener / اغانك قولى *aghanün-kuly*, vel خدمتكارى *chydmetkârî*; ut & Adjectivorum cum Substantivis apud utrosque eadem videtur in eo constructio, quòd illud semper & regulariter præponatur, ut بر كوزل آدم *bir güzel âdem* (non آدم كوزل *âdem güzel*) Ein schöner Mann (non ein Mann schöner) Præpositiones nomini postponuntur, ut in Hungaricis, ideoque postpositiones potiùs vocandas esse superiùs dixi, e. g. اتدن *etten*, à carne, ab ات *et*, caro, & postpositione دن *den*, a, ab, Hung. Hústól, à carne, ab hús, caro, & postpositione töl, a, ab. Sed hæc in purè Turcicis.

Cæte-